



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Spes certa re super ambigua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

IMPATIENS ALIENI COELL. CAP. XXXII.

A Thæc, hominem in alieno cælo difficulter habentem intelligentes, Anguillam in hydris duabus pingebant, capite scilicet in unam, cauda in alteram demeris. Anguilla siquidem nullam vehementem tolerat mutationem, & si æstate de lacu in piscinam transferatur, vivere nequit, etiam si frigida aqua fuerit.

FUGIENTIA SINE SPE SEQUI. CAP. XXXIII.

Hominem insuper qui fugitivam rem aliquam nulla consequendi spe festaretur, indicare si vellet, Anguillam pingebant, quam manus à cauda deprehenderet: tanta enim est lubricitate prædita, ut de prensarum manibus elabatur quam facillime, difficulterque contineri possit. Subterfugii istiusmodi similitudinem sibi desumpsit Athanasius, ubi epistola ad Aegypti Episcopos dicit: Tame si elabi millies tanquam Anguilla conentur.

SPES CERTA RE SUPER AMBIGUA. CAP. XXXIV.

Quod si certam esse spem de ambigua re quapiam ostendere voluissent, obvolutam enim ficulneo folio pinxissent: quod scabritie sua prensanti sit admiculo nequaquam irritum. Unde proverbium τῶ τερω τ' ἐγγέλου.

Id est, folio ficulneo Anguillam sub. tenes.

PER DISCORDIAS CIVIUM LOCUPLETATUS. CAP. XXXV.

Hominem vero ex civilibus seditionibus & tumultuosis discordiis crescentum, reque auctum significantes, eum in Anguillarum venatione occupatum effingebant. Aqua siquidem quietæ limpidaque, earum captura nulla propemodum: magna vero si perturbetur. Quare piscatores tempestates observant, lacuumve aut fluminum turbatione s, unde aqua limosa fiat, magnas inde capturas parvo negotio consequentes. Rem tradit Aristoteles & plerique alii, tum Aristophanes Equitibus, historiam luculenter admodum explicat, Allantopola dicente: Eadem quidem tu fecisti, qua venatores Anguillarum faciunt. Sed cur non Aripphanem ipsum sua lingua loquentem audiamus?

Piscatorum industriam capiendis Anguillis. Hinc illud anguillas captare, Eγγίλιος ἰσοπέδιος. Aristophanes in Equitibus.

Ὡσπερ γὰρ οἱ ἄλλοι ἐχέλειες θηρώμενοι, πέπονθαζ, Ὅταν μὲν ἡ λίμνη κατὰ τὴν, λαμβάνουσιν οὐδὲν, Ἐὰν δ' ἄνω πικρὰ καὶ ἀπὸ τῆς βόρβερρον κινῶσιν, Αἰρῶσι, καὶ σὺ λαμβάνεις, εἰ τὸ πῶ λιν τρεφῆρης.

Fecisti ut is qui captat Anguillas facit. Quæta cum sunt stagna venatur nihil: Sed canum ubi omne illac & hac subverterit. Captura magna est. Tu quoque, ubi percur baveris Hinc civitatem & inde, plurimum capis.

Quam sententiam Cicero sibi desumpsit, oratione in Catilinam secunda: Honores quos quæta Republica desperant, turbata consequi posse arbitrantur.

DE RANA. CAP. XXXVI.

Rana vero ita in hoc album admittenda est, ut hieroglyphica tota videatur: nam antequam facta sit, in huiusmodi materiam dare incipit argumentum.

IMPERFECTUS. CAP. XXXVII.

Multa esse in humanis operibus imperfecta, indigne, ut mihi videtur, plurimi conqueruntur. Quis enim undecumque perfectum opus ullum præstare possit, si mortalium nemo omnibus absolutus numeris reperitur? Quin ipsa rerum natura multa nobis ostendit, quæ inchoata reliquerit, neque tamen ob hoc ejus quisquam indigentiam reprehendat: id quod spectare est in Rana præcipue, per cujus effigiem non immerito sacerdotes Aegyptii rei cuiuspiam imperfectionem intelligebant. Videre siquidem est plerumque; huius generis animalia in limo, ubi procreantur, altera parte Ranam, altera vero terram ipsam indistinctam, viventique portiuncula applicitam. Sæpe enim flumine, aut lacuna, lamave aliqua, vel iponte, vel derivatione aliqua decedente animal id imperfectum destituitur, quod tum primum informari cœperat & coalescere. Omnibus his fidem Nilii facit inundatio, quæ rerum istiusmodi miracula omnia profus excedit, eo quippe deturgente, Musculi & varii generis

Perfectum nihil in humano opere Plin. 9. c. 15.

Y y generis